AUGUSTINUS

Klosterneuburg, Ende 12. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=416
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

demus te. dignatus es eligere nos. secuti
sumus te. mirabilia tua uidimus. uerba salu
tis audiuimus. precepta percepimus. promissa. speramus mul
tum conferre presentiam tuam. ipsa dignatione. sed
tamen cum te nouimus quia patrem nondum noui
mus inflammamur desiderio illius uidendi quem
nondum nouimus. ac per hoc quia te nouimus. sed non
nobis sufficit donec et patrem nouimus. osten
de nobis patrem et sufficit nobis. Et dominus ut
scirent non se nosse quod se putabant iam
nosse. tanto tempore uobiscum sum et me
nescitis. Philippe. qui me uidet uidet
et patrem. Numquid habent ista uerba dubita
tionis. Numquid dixit. qui me uidet forsitan
uidet et patrem. Quare. Quia fidelis au
diebat. non fidei persecutor. Ideo non erat dominus
increpator sed doctor. Qui me uidet.
uidet et patrem. Et hic. si me sciretis et pa
trem meum sciretis. Tollamus uerbum quo notata
est infidelitas audientium. et ipsa senten
tia est. Iam hesterno die commendauimus ca
ritati uestre et diximus sententias iohannis
euangeliste quas nobis de domino dicit. nec discu
tiendas fuisse si fieri posset. nisi hereticorum
commenta compellerent. Breuiter ergo insinu
auimus caritati uestre esse hereticos qui uo
cantur patripassiani. uel a suo auctore sa
belliani. qui dicunt ipsum esse patrem
qui est filius. nomina diuersa unam uero esse personam. Cum
uult pater inquiunt est. cum uult filius. tamen
unus est. Item sunt heretici qui uocantur arriani.
confitentur quidem unicum patris filium dominum nostrum

iesum christum. illum patrem filii. istum filium pa
tris. eum qui pater est non esse filium. eum qui filius est non esse
patrem. confitentur generationem. sed negant
equalitatem. Nos idem catholica fides de doc
trina apostolorum plantata in nobis per seriem
successionis accepta sana ad posteros trans
mittenda inter utrosque id est inter utrumque er
rorem tenuit ueritatem. In errore sa
bellianorum unus est solus. ipse est pater qui filius. in
errore arrianorum alius est qui est pater. sed ipse
filius non solum alius. sed et aliud est. Tu in medio quid.
Pater pater est. filius filius est. Exclusisti sabellianum.
exclude et arrianum. Pater pater est. filius filius est.
alius non aliud. quia ego et pater inquit unum sumus.
sicut et hesterno die quantum potui commendaui.
Cum audit sumus. abscedit confusus sabellianus.
cum audit unum. abscedat confusus arrianus.
Gubernet catholicus inter utrumque fidei sue
nauigium. quo cauendum est in utroque nau
fragium. Dic ergo tu quod dicit euangelium. ego et pater
unum sumus. non ergo diuersum quia unum. non unus quia
sumus. Paulo ante dixit. iudicium meum ue
rum est. quia solus non sum. sed ego et qui me mi
sit pater. tamquam diceret. Ideo iudicium meum
uerum est quia filius dei sum. quia uerum loquor. quia
ipsa ueritas ego sum. Isti carnaliter intel
ligentes dixerunt. Ubi est pater tuus. Modo audi
arriane. Neque me scitis neque patrem meum.
quia si me sciretis et patrem meum sciretis.
Quid est si me sciretis et patrem meum sciretis.
nisi ego et pater unum sumus. Quando uides aliquem
alicuius similem. intendat caritas uestra. con